

Bestio vicesima

deferendum si in predictis deliquerint vel aliquis eorum deliquerit, sex dierum canonica monitione premissa in gressum ecclesie interdicimus in his scriptis. Si vero huiusmodi interdictum per alios sex dies sustinuerint seu alter eorum sustinuerit ipsos suspendimus a diuinis. Si vero huiusmodi interdicti et suspensionis sententias antequam quod absit sustinuerint vel alter eorum quod absit sustinuerit indurat, ipsos ex nunc put ex tunc: et ex tunc put ex nunc excommunicationis sententiam innodamus. Inferiores vero episcopi qui in premissis exequendis negligentes fuerint vel eorum aliquis post lapsum sex dierum terminum excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto. Absolutionem vero omnem et singulorum qui prefas sententias aut earum aliquam incurrerint vel aliquis eorum incurrerit quoquo modo nobis aut summo futuro pontifici tamen modo reseruamus. Loca vero audientie et valuarum predictarum tamque publica et idonea ad executionem predictorum ut premissis publicandis ad instar publicorum edictorum que olim in albo pretorio scribebantur durimus eligenda: que prentes nostras litteras suo quasi sonoro preconio et patulo iudicio publicabunt in quibus nostras litteras modo premissis decernimus publicandas ne prenotati moniti et citati de premissis aliquam ignorantiam pretendere valeant vel etiam allegare cum non sit verisimile apud dictos sic citatos et monitos remanere incognitum quod tam patenter et notorie extitit publicatum. Volentes nihilominus et decernentes que prentes nostre littere dictos monitos et citatos perinde arceant et astringant ac si eorum prentis personis publicate fuissent. De executione premissorum et de his que in premissis et quilibet premissorum vos prescripti venerabiles fratres patriarche archiepiscopi et episcopi: vosque alij delegati nostri feceritis seu aliquis eorum fecerit nos per instrumta publica seu alia legitima documeta legitime certificare non obmittatis sub penis supradictis, quibus et cuiuslibet vestrum in premissis dabimus plenam fidem. Datum Constantie, xj. kal. decembris Anno a natiuitate domini M. cccc. xv. apostolica sede vacante.

Quibus lectis fuit responsum dictum et alta voce clamatum per dominos Concordiensem, italice, Tholonensem, gallicane, Werseburgensem, germanice, et Cartagenensem, anglicane episcopos quattuor nationum, et per eorum quemlibet nomine ipsorum et cuiuslibet earum. Placet. Procurator vero prefati domini ductis prestat fuit de nullitate monitorij et de grauamine et appellado et petijt instrumta.